e-codices

Tria igitur genera ſunt quae circa arte muſicam uerſantur. Unum genus e qd inſtrumentis agit. Aliud
fingit carmina; Tertium quod inſtrumentoru opus carmenq; diiudicat. Sed illud quide quod in
inſtrumentis poſitu e ibiq; totam operā conſumit ut ſunt cythared, quiq; organo caeteriſq; muſicae
inſtrumentis artificium probant a muſicę ſcientiae intellectu ſeiuncti ſunt qm famulantur ut dic
tum e nec quicquā afferunt rationis ſed ſunt totius ſpeculationis expertes. Secundū uero muſi
cam agentium genus poetarum e quod non potius ſpeculatione ac ratione quam naturali quodā
inſtinctu fertur ad carm; Atq; idcirco hoc quoq; genus a muſica ſegregandū e. Tertium e qd iudican
di peritiam ſumit ut rithmos cantilenaſq; totumq; carmen poſſit ꝑpendere; Quod ſcilic& qm
totum in ratione ac ſpeculatione poſitum e hoc proprie muſicae deputabitur. Iſque eſt muſicus
cui ad e facultas ſecundum ſpeculationē rationēue propoſitam ac muſicę conuenientē de modis
ac rithmis deque generib; cantilenarum ac de ꝑmixtionib; ac de omnib; de quibus poſterius
explicandum e ac de poetarum carminibus iudicandi;

EXPLICIT DE MUSICA ID E ARMONICAE INSTITUTIONIB; LIBER PRIMUS. INCIPIUNT CAPITULA LIBRI II.

I Proemium
II Quid pitagoras ee phylosophiam conſtituerit
III De differentiis quantitatis & quae cuiſit disciplinę deputata
IIII De relatiuę quantitatis differentiis.
V Cur multiplicitas ceteris antecellat.
VI Quid ſint quadrati numeri deq; his ſpeculatio.
VII Omnem inaequalitatē ex aequalitate ꝓcedere eiuſq; demonſtratio.
VIII Regulę quodlib& continuas ꝓportiones ſuꝑ particulares inueniendi.
VIIII De proportione numerum qui ab aliis m&iuntur.
X Quae ex multiplicib; & ſuꝑ particularib; multiplicatis fiant.
XI Qui ſuꝑ particulares quos multiplices efficiant.
XII De arithmetica geometrica armonica medi&ate.
XIII De continuis medietatib; & diſiunctis.
XIIII Quur ita apellate ſint ſuperius digeſte medi&ates.
XV De armonica medi&ate deque ea uberior ſpeculacio.
XVI Quemadmodū inter duos terminos ſupradicte medi&ates uiciſſim locentur.
XVII De conſonentiarū merito t modo ſecundum nichomachum.

License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. 49 – Boetii geometria et musica
(http://www.e-codices.ch/en/sbe/0298/49)